Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



eos descenderunt in profundum qui lapis. Dextera tua
domine magnificata est in fortitudine dextera tua do-
mine percussit inimicum et in multitudine glorie
tue deposuisti adversarios meos. Misisti iram tuam
qui devorauit eos sicut stipulam et in spiritu furoris tui
congregate sunt aque. Stetit unda fluens congregate
abissi in medio maris. Dixit inimicus persequar et comprehen-
dam diuidam spolia impletbitur anima mea. Eua-
nuabo gladium meum interficet eos manus mea.
Flauit spiritus tuus et operuit eos mare. Sicut merui sicut qui
plumbum in aquis vehementibus. Quis similis tui fortis
domine quis similis tui magnificus in sanctitate
terribilis atque laudabilis et faciens mirabilia. Extendisti
manum tuam et deuorauit eos terra. Dux fuisti in
misericordia tua populo quem redemisti. Et portasti eum in
fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum. Audierunt
populi et irati sunt dolores obtinuerunt habi-
tatores philistim. Tunc conturbati sunt principes edom
robustos moab obtinuit tremor obriguerunt omnes
habitatores chanaan. Irruat super eos formido et pauor
in magnitudine brachii tui fiant immobiles qui
lapis donec pertranseat populus tuus domine donec pertran-
seat populus iste quem possedisti. Introduces eos et plan-
tabis eos in monte hereditatis tue firmissimo habitaculo
tuo quod operatus es domine sanctuarium tuum domine quod firma-
uerunt manus tue. Dominus regnauit in eternum et vlt.
Ingressus est enim pharao cum curribus et equitibus
eius in mare et reduxit super eos dominus aquas maris. Filii
autem israel ambulauerunt per siccum in medio eius.

Domine audiui auditum tuum et timui. Opus tuum in medio anno-
rum viue opus tuum in medio annorum notum facies cum
iratus fueris misericordiam recordaberis. Deus ab austro veni-
et et sanctus de monte pharan. Operuit celos gloria eius et
laudis eius plena est terra. Splendor eius ut lux erit. cornua
in manibus eius ibi abscondita est fortitudo eius.

bis